

ligio prohibent, quarum utraque suadet, ut sapien- ter, prudenterque illis ea, quae ignorant, officia detegamus; quae vero norunt, ut haec opera compleant, toto pectore incumbamus. P. Nepevca in tractatu de Vita Christiana.

Adulatio non est Charitatis Officium.

Adulatio nequaquam est charitatis officium, licet doceat Apostolus hanc benignam esse, atque patientem; sed potius est amor proprius, lucri avidus omnia ad se referens; adulator enim blanditur sibi blanditur, laudat, ut laudetur, blanditur omnibus iis, quae a viris principibus sunt, ut sibi eos devinciat, in illorum amicitiam irreat, ut beneficium aliquid obtineat. Hoc vitium praeter Divinae charitatis adversatur; probat enim, quod damnat Deus, laudat, quod Deus vituperat, permittit, quod Deus vetat, atque scelera, & vitia, quibus divina Maestas laeditur, iustificat, ut iis placeat, qui in illorum ceno voluntantur, ac denique in adulatorum divinam hanc maledictionem detorqueat: *Ve qui dicunt impio, iustus es.* Prov. 24. *Auctor Anonymus.*

Laudes impis de laze efficiunt, ut se se viros bonos opinentur.

Vitiis diffundere magnum est malum, sed in vitiis ipsis laudari malum est majus; non enim ulla ad poenitentiam relinquatur via. Injuste quippe laudes, quibus impii cumulantur, illos ita excaecant, ut quo iri statu sint, non intelligant. Cum vero injustis laudibus urbanitatis quidam accedere soleant officia, atque non spernenda beneficia, fit, ut qui laudibus extolluntur cum probis hominibus se se confundant, ac sensim eam amittant ideam, quam de se ipsis primum habebant, neque mox semet ipsos agnoscant. Itaque naturalis deceptio cupiditate, qua quilibet se laudari desiderat, sibi ea inesse putant merita, quibus omnino carent, atque ob fictitias virtutes superbiunt. *Desumptum ex libro cui titulus: Civitas vera Officia cap. 1.*

Operosum est affirmare, uter majorem imbecillitatem praefereat, ille ne, qui aliis adulari non erubescit, an qui alios gessit sibi adulari. Alter quidem parum sinceritatis, honestatis, honestatis praefert, alter vero ingeni sui vanitatem, atque tenuitatem excusare non potest. Adulator verba sua verbis mentitur; immo laudat, atque laudis ipsa magnitudine probat, a se nullo in pretio laudatum haberi; quem si vere magni aestimaret, vereretur ne eidem displiceret ejusdem eximias dotes amplificans. Hunc sapientia, modestia, & aequitate vacuum putat, sperat enim se ejus initurum gratiam, sapientiam, modestiam, aequitatemque laudando. Qui libenter assentatiunculas audit, mentitur meritum, cui laus unica debetur. Vera virtus fucata odit ornamenta; & se semet satis sufficit, & affectus fulgor, non lucem, sed nebulam, tenebrasque eidem offundit. Te satis probas vera indignum laude, ubi laudes immo dicere audire gaudes. Qui adulatur, se contemptui objicit, nam se nimis demittit; humi quodammodo repit, ut illud, quod minime decet, alteri reddat obsequium; & impudentissima temeritas est ei, quem honora-

re cupis, thus, quod dedecus afferat, adolere. Adulatio sive illam exerceamus, sive illam patiamur, nostram auget indignitatem, atque ambitionem; omnes enim nobis irridet, quin intelligamus contemptum illum, vel quo excipimur, vel quem meremur. *Liber cui titulus: Observationes in varia Religione, atque Morali Philosophiae argumenta.*

Numquam novi quid esset officii certare, neque illum nosse unquam volui; rem enim ignaviae plenam utramque duxi, & in illa se se effundere, & iisdem affici; atque Christianam, honestumque virum magis decere putavi alios monere, quid vere sint, & quid falso sit opus, quam adulari ob ea, quae non habent, vel polliceri, quae habere non possunt. Plurimi quidem iocundis urbanitatis officii tibi obsequuntur. Omnes, quos nosci, & plurimi etiam, quos ignoras, jam in obsequium compositi vel te coram salutatum venient, vel per epistolas. Omnes tibi significare contendunt, te colere tuo maxime tangi; verum in hujusmodi locutionibus multum adulatio, parum inest sinceritatis. *Pater le Valois Epistola octava de solitudine.*

Inanis officia & adulatio referta.

*Ve*, dicit Evangelium, cum benedixerint vobis homines: secundum haec enim faciunt pseudoprophetae patres eorum. *Luci. 6.* Asserere nequaquam possum hoc maledictum in eos absolute contorqueri, qui laudibus ornantur; sed in eos, qui laudari querunt, & cupiunt; qui sibi adulantur, qui in illis complacent sibi, atque eas sibi gloriae vertunt, non Deo: nullum enim bonum est, quod ab eo non emanet. Ita Deus sua maledictione non percutit eos, qui laudes recipiunt, sed qui illas adferunt, qui ab adulatoribus sibi focum fieri patiuntur, qui superbiunt, qui innumescunt, qui illis abutuntur, qui ex ea opinione virtutis, quam alii testantur, talis de se ipsis iudicium ferunt; cum immo se se deprimere, atque humilitatis sensus concipere debent inquit defectus suos, imperfectiones, ac secreta flagitia, quae intra se contegant, & quae si omnibus comperta essent, atque explorata, superbia, & confusione suffunderent. *Abbas Trappensis in considerationibus suis in S. Lucae Evangelium.*

Deus maledictione hos percutit, qui adulantur, quaeque gaudent.

Sepe laus majus nobis damnum infert, quam injuria; quomobrem scriptum est: *Ante mortem ne laudes hominem quemquam.* *Eclii. 11.* Quin hoc in argumento latius immoremur, asserere possumus lenocinia, blanditias, assentiones, officia, assabitates, omnes humanas consuetudines, omnes existimationis, atque honoris notas, quas ab illis recipimus, qui nos amare proferunt, & ob laudant, tantam vim in animos nostros habere, & ob superbiam, quam pariunt, & ob bonam nostrum ipsorum opinionem, quam ciem in nobis, & ob ideam, quam nobis aditruunt virtutum earum, quas non affectu sumus, quas illis obtineremus; ut merito illa Prophetae verba queant applicari: *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te desipiunt, & vitam gressuum tuorum dissipant.* *Isaia 3.*

Malum, quod laudes pariunt.

quam medium, ad spiritus mortificationem assequendam, quae quidem est, flagitiosa studia, concupiscentiam, propensionemque in malum cohibere: haec enim omnia nomine mortificationis affectuum continentur, atque in hoc argumento satis affluente rerum copia suppeditant, ut quoties in sensu accepta replere valeant orationem, quin ea sint lustranda, quae de singulis affectibus seorsim dicenda sunt.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Concionum in hoc argumento Synopsis.

**N**ecessitas, qua in Christiana Religione affectus nostros tenemur subigere; adminicula, quae ad illos infringendos nobis suppetunt; utilitates, quae ex victoria consequimur, triplicem Concionum partem constituent.

**Pars prima.** Praeceptum idem, quo peccatum effugere, ac illud in nobis pro virili delere jubemur, imperat quoque, ut affectibus nostris bellum inferamus, obsequio injecto frango cohibeamus. 1. Quia licet peccata non sint (erraret quippe, qui hoc crederet); Deus enim affectus constituit in nobis, ut per illos bonum quidem amplecteremur, malum vero effugeremus; at tamen cum post originale peccatum perturbati fuerint, atque ut plurimum omnium peccatorum nostrorum sint causa, interest nostra, omnem causam auferre, ut illius perniciosi effectus tollantur. 2. Quia est in semet peccata non sunt, facile peccata sunt, cum sint peccatorum materia; si enim eorum impetum, atque vim sequimur, qua nos in seculum propellant, eos nos efficiunt, atque sunt criminosi. 3. Quia inexhausti sunt flagitiorum fontes, quorum cursum nisi inhibeamus totum ipsum exsicantes, efficiunt, ut jurgiter in nova scelera pronamur.

**Pars altera.** Cum Deus in nobis affectus nostros reliquerit, postquam propter peccatum originale deleverit, eorumque permiserit tumultum, ut inde merendi occasionem nancisceremur, ac virus ipsa possit exerceri; non reliquit nos tamen sine validis adminiculis, quorum opes eos cohibere possimus, ac prohibere, ne nos in peccatum impellant. Haec enim adminicula sunt. 1. Gratia, quae nunquam deest nobis, ita ut licet in portitate nostra non sit primos motus prohibere, postquam tamen divina opem ferere gratia, quantumvis violenti sint, eorum progressus retardare, immo etiam praecipuos muros obtinere ad eos expugnandos subsidia. 2. Vigilantia Christiana ad eas praevidendas occasiones, in quibus affectibus nostris moderari non possumus. 3. Timor Dei, atque praecipuus ejusdem obedientia; quoniam jubet fluctus hos compescere; quemadmodum imperavit mari, ut tumentes fluctus suos in statuta litora alderet.

**Pars Tertia.** Utilitates, quae ex affectuum nostrorum victoria dimanant, haec sunt. 1. Pax cordis, & quietis conscientiae. 2. Christiana libertas, quae ex daemonis, mundi, atque peccati servitute illos eripit, qui suis affectibus serviunt. 3. Certitudo remunerationis aeternae, quae illis promittitur, qui affectus suos debellarint.

**Quoad affectum praevalentem, ostendendum est illi qui se se Deo mancipat, ut in virtutis via progrediatur, se se pietati devoteat, ac penitus conetur evertere corpus illud peccati, de quo loquitur Apostolus, incipiendum esse ad affectus praedominantis oppugnationem, atque victoria; aliter enim omnia vel essent inutilia, vel non satis magnum effectum obtinerent; idque triplici ex causa, quae triplicem sermonis partem potest constituere. 1. Quia hic hostis est perniciosissimus, atque metuendus, a quo nihilominus non satis nobismet ipsis cavemus. 2. Fortissimus, qui nos infirmiores efficit, & quem vincere difficillimum est. 3. Pertinacissimus, qui post aliorum cadem viget adhuc, & contra quem nobis toto vitae spatio sustinendum erit certamen, nisi fortiter illi bellum inferamus, & nisi quam primum ab ipsa adolescentia toto nisi in eum impetum faciamus.**

**Quoad primum rationem:** Hostis est perniciosissimus. 1. Omnium enim maxime occultus, ac minime notus est, atque ideo talis, ut nobismet ab eo non satis cavere possimus. Boni personam indigit, atque hoc passo clanculum lethiferi indigit vulnera, a quibus nosmet tueri, maxime est arduum. 2. Hac ratione, atque sub virtutis praetextu criminiosissimum quoque approbat flagitia, ita ut firior pro zelo, avaritia pro laudabili economia, ultio pro iusta indignatione habeatur &c. 3. Nos

prodit; cum externis hostibus, aequae ac cum internis inimicis secreta init consilia &c. Unde inferre necesse est, hunc hostem esse perniciosissimum, & maxime timendum; quem nisi statim convellere conabimur, frustra reliquos omnes debilemus.

**Pro ratione altera.** Hostis est fortissimus, quem tamen infirmus, ac imbecillus oppugnemus, cui parere studemus, ac metumus, non delectatur. Erga illum tales nos praebemus, qualem se praebuit Saul erga Amalecitas; libenter quidem sacrificamus quod magis contemnendum est, sed quod pretiosius videtur, atque perdere metumus, id nobis reservamus.

**Pro tertia.** Hic etiam pertinacissimus est hostis, qui diutius conabibus nostris resistit, qui etiam post aliorum interfectionem viget, qui nostro ingenio, atque temperamento, omnium actionum nostrarum particeps est, atque ad mortem usque nobis inharet, nisi quamprimum eum de medio tollere aditruam, sanctam, piamque vitam tracturi. Animi nostri aegritudines mentem ipsam excaecant, quomobrem in omnia ruimus flagitia; nulli consilio, vel rationi aures obstruimus; fidei, atque gratiae luminibus oculis obstruimus, quod ex Davidis, Salomonis, aliorumque plurimorum exemplis innoscitur. 2. Agitant, dividunt, discerpunt cor ipsum, ubi orae sunt, quoniam illud in diversa rapiunt affectus oppositi; quales sunt avaritia, ambitio, timor, desiderium, &c. 3. Illud, qui alicui parat affectus, & incompositas animi perturbationes sequitur, in servitutum omnium maxime turpem, miseram, gravemque detruunt.

**Pro concionis argumento, ac partitione duplex haec veritas assumi potest.**

**Veritas prima.** Omni conatu affectus esse impugandos, expugnandosque. 1. Quia operosus est illis parere, quam eos mortificare; quia ubi illis serviat, servissimam tyrannidem exercet. Unde inferri potest plurima ferenda esse ab his, qui mundo inserviunt, hi quippe affectibus suis obtemperant; quam qui Deo famulantur, qui se ipsos debent abnegare. 2. Quia gaudium, & pax, quae in affectuum victoria percipiunt, longe antecellunt oblectationi, qua perstruit ea possidens, quae ardentius concupivit. 3. Quia gloria, quae ex affectuum victoria proficitur, vera est, solida, ac tuta, cum in eorum satietate nihil nisi pudoris, & confusionis causa invenitur.

**Quae vero ad affectus nostros infringendos, subigendosque excitare nos debent potissimum sunt.** 1. Gloria, quae uberrima cedit seipso vincitibus, longe profecto uberior, quam si externus debellatur hostis ex Ethnicorum ipsorum sententia, qui hac in re sapientiam, virtutemque omnem collocarunt. 2. Gratiae subsidium, quae nobis suppetit, ita ut eidem satis sit, esse fideles, eique obsequi, ut ad optatum finem perveniamus. 3. Praemii magnitudo, quod hanc victoriam subsequitur, a remuneratore Deo expectandum.

**1. Primum praecipuumque Christiana vigilantia munus est affectibus nostris cavere, ne ab iis decipiamur; omnia removere objecta; eos intus, & in cute explorare, atque pro viribus moderari. 2. Fidelis viri fortitudo, ac virtus in hoc posita est, ut illis reluctetur, eisque bellum indicat. 3. Christiani gloria est absolutissimam de affectibus victoriam referre; in hoc enim virtus, atque altissimi perfectionis apex consistit.**

**Considerari generatim possunt animi aegritudinum natura, & effectus; atque inde praedictae conclusiones ad vira nostrae regimem deprimi.**

**1. Affectus nostri sapienter natura indiscriminatum in bonum, malumque feruntur. Ideo elaborandum, ut**

AFFECTUS.

Eorum perturbatio, & mortificatio. Affectus praedominantis, ejus subigendi necessitas.

MONITUM.

**P**hilosophi in Libris suis, atque in Orationibus Oratores aliter affectus considerant, ubi eos questionum, sermonumque suorum argumentum constituunt. Cum nos autem hic de illi verba facturi simus quatenus ad suggestum pertinent, aliis quidem reliquos curam eorum naturam, effectusque explorandi, aliis vero artem eisdem sciendi, aliis denique munus tradendi, quomodo illis utendum sit, ut hominis rationalis mores, actionesque regantur. Verum ut Concionatorum more loquamur, quatenus videlicet ad Christianum hominem referuntur, eorum perturbationem, eorumque coarscentiorum necessitatem ostendamus, oportet; ut quod vitiis omnium est sors, virtutum omnium fiat instrumentum. Quae in re vitiis occurrunt animadvertenda. 1. Cum incompoti affectus in peccatum rapiant, multa esse communia vitiis, & Tentationum argumento, de quo suo loco dicemus; & quod consulere poterit, qui opus esse censuerit. 2. Singulis affectum aliquem praeter ceteris commoverentur, qui quidem illius propensionem efficit, atque est primum quodammodo claterium, quo cetera commoverentur. Hunc singillatim Sacerdos Orator oppugnare potest, ac expugnare, si ita nimis patere censuerit argumentum, quod omnes generatim affectus rationum suarum aciem intruere. 3. Supponendum esset, atque auditoribus explicandum, Christianam mortificationem, veteris hominis mortem, vitam spiritus, angustiam viam, quae ducit ad vitam, in affectuum subjectionem, atque victoria consistere, mortificationemque corporis non aliud esse, quam

ut ad bonum potius amplectendum traducantur, illis sancta exhibendo objecta, quorum intuitus nos sanctiores eliciat; ita ut dici queat, nos in bonum pronos esse, nobisque optima inesse studia.

2. Affectus nostri ut plurimum rationem ipsam praverunt, pervertuntque; ideo a nobis antevertendi sunt, evitando, aut removendo illa objecta, a quibus possunt excitari.

3. Nostram saepe captivant libertatem, coguntque nos suis obsequi studium, ideo quamprimum adnoscendum, ut illis advertersemur, eosque oppugnemus, ne convalescant.

VIII.

Duplex etiam hac veritas iuste concretionis hoc in argumento materiam nobis potest suppeditare.

Prior. Affectuum nostrorum rebellio nobis exhibet lapsum de status illius felicitate, in quo prius hominum parens a Deo creatus fuerat, idque tribus in rebus, quae toto vitae spatio a nobis lacrymas debent elicere; 1. in imperio, quod in animi nostri motu, videlicet in affectus nostros obtineamus, qui nunc dominari sunt nobis, ac nos in miseriam demonum, atque peccati redigunt servitutem. 2. In intellectus nostri corruptione, qui terrestrium, periturarumque rerum ideis est repletus. 3. In corruptione cordis, sensibilia tantum bona quaerentis.

IX.

Veritas altera haec est, quod per affectuum nostrorum victoriam primum illum felicitatis statum iterum assequi possumus.

1. Quia per eandem animum recuperare possumus imperium, ex ea tandem emergentes servitute, in quam affectus nostri nos coniecerunt. 2. Quemadmodum actiones nostrae pendunt ab ideis, quas de rebus ipsis concipimus, per affectuum victoriam aeterna amplectimur dogmata, ideoque alias animo imbibimus eterne felicitatis, ad quam evocati sumus, ideae. 3. Cor denique nostrum relictans propensionem, qua in sensibilia fertur bona, necessario ad ea concupiscenda bona extollitur, quae una epus votis satisfacere, ac illud beatum efficere possunt.

X.

Affectuum nostrorum victoria proculdubio una est omnium amplissima, perfectissima, & Christiano viro dignissima, cuius vita iuge praelium est, & cui nulli sunt hostes, quos magis metere debeat, quam se ipsum. 2. Difficillima est, & maximo labore comparanda ideoque una omnium gloriosissima, quas de externis hostibus referre possit, quicumque tandem illi sint. Hoc enim satis docet eorum omnium celeberrimorum Ducum experientia, qui cum innumeris fere populis, immensasque regiones suo subiecit imperio, ab affectibus suis turpiter fuisse devicti. 3. Hac omnium una constantia, atque fortitudine indiget; praelium enim in omne vitae spatium producitur, & hostes, quibuscum decertamus, tunc etiam cum prostrati fuerunt, rursus insurgunt, atque convalescunt; quod elicit, ut iugis esse debeat victoria.

XI.

1. Affectus nostri violenti sunt, & non nisi summo labore coercendi; ideoque a puero illis bellum est indendum, ubi nondum diuturnioris habitus vi convalescere. 2. Crudeles sunt, atque tyrannicum in nos exercent imperium, ubi nostri fuerint dominati. 3. Inextinguibiles sunt, & quo magis illis permittimus, eo plura postulant, uti avaritia, quae semper opes congerere quaerit, at nunquam satis esse dicit; & ambitio, quae ad altiores semper gradum contendit, & indefinenter ad majora fastigia dignitatum anhelat; & sic de aliis.

XII.

Affectus nostros mortificare tenemur. 1. Quatenus Christiani. Gratia enim, quae nos Christianos facit, exigit, ut omnibus sensibilis vita, corrupteque naturae motibus moriamur. Idcirco in Baptismate, ubi eam qualitate recipimus, omnibus affectuum nostrorum objectis abrenuntiare iubemur. 2. Quatenus peccatores. Non enim tantum affectus illi, qui in vitium nos precipites dederunt, sunt per penitentiam mortificandi, sed etiam praeverta sunt ea mala, quae parere possunt, eos subigendo, atque frenando. 3. Quatenus homines; nam cum in hominum societate versetur, plura nobis incumbunt officia, non sine labore, ac difficultate adimplenda; quamobrem quavis in occasione, & quolibet in statu finis, assidua cura nosmet continere, atque etiam torquere debemus.

Cum affectus morbi sint animi, ut illis necessaria medicina accommodetur, interest primum magnitudinem mali, & aegritudinis, qua laboramus, exploratam habere, secundo nosse artem, rationemque medendi, ac tertio aegroti vires, ac temperamentum, & quae pharmaca fere possit,

intelligere: ne ille obruatur potius, quam curetur. Hac corporis morborum cura ut ad curam animae traducatur, tria sunt adnotanda, quae triplicem concretionis partem possunt constituere.

1. Quanta sit magnitudo egritudinis animae nostrae, hoc est affectuum nostrorum.

2. Quamnam sint ea pharmaca, quae a supremo animarum nostrarum Medico, Salvatore nostro, Praecipiantur.

3. Quae in nobis disposito requiratur, ut & nos aliquid ad nostram salutem conferamus.

XIII.

Ut in pace cum proximo vivamus, atque charitatem servemus, 1. animi impetus cohibendi sunt, ex quibus veluti ex fonte surgit, rixae, contentiones, similitates oriuntur. 2. Cavere, ne affectus alienos excitemus, foveamus, ac ne, ut ajunt, oleum camino addamus.

XIV.

Affectus predominantis nequitia ad tria capita redigitur, quae per gradus ostendunt, quam periculosa opus plenum sit alex, eum fovere, eique obtemperare, & quante sit utilitatis eundem subigere.

1. Causa est omnium, quae patramus, flagitiorum.

2. Fons est fallacium dogmatum, quibus conscientiam nostram imbuimus.

3. Via est, quae ut plurimum ad finalem impoenitentiam deducit. Quid unquam potest illi in nobis majus odium constare, quam tria haec, quae exposcimus?

XV.

In idem predominantis affectus argumentum.

1. Hic infestissimus est inimicorum omnium, cum quibus nobis est decertandum; omnium, qui in nos inveniunt, conurbationem est percipere; ceteros affectus suscitatur, atque in praelium vocat; hostis pertinacissimus, atque difficillimus, qui superetur &c. 2. Attamen hic ille est, in quem imbelles minorum virtute confisimus, cui parcimus, quemadmodum peperit Saul Agag Regi Amalecitarum, quamvis Deus imperasset, ut nemini parceretur.

In idem argumentum.

1. Necessitas cognoscendi affectus, qui dominatur in nobis, ut illi bellum inferamus; hac enim nos magis excitat, ejusque cognitionem negligimus. 2. Necessitas illius impugnandi, ut expugnetur.

In eundem predominantem affectum, quem maximum nostrae salutis obicem ostendere possumus.

1. Hic est omnium defectuum, flagitiorumque nostrorum causa, & origo. 2. Hic quaecumque a nobis recte sunt, coinquat, atque corrumpit, efficitque, ut agentes imperii potius, quam virtute ducantur. 3. Hic nobis auster correctio, ac poenitentiae locus, ideoque causa est, ut in peccato moriamur, quod malorum omnium pessimum est, atque terribilissimum.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque unde peti potest argumentorum copia ad proposita conationum partitiones adimplenda.

Sanctus Augustinus in Psalm. 136. docet affectuum nostrorum motus quamprimum inhibendos esse, atque in ipso ortu extinguendos.

Idem l. 14. de Civit. Dei ostendit, amorem virtutis esse causam affectuum omnium in virtutis iustis, in impiis vero pravos affectus a pravo amore excitari.

Idem lib. 9. de Civit. in Stoicos insurgit, eosque perperam sensitisse demonstrat.

Idem capite octavo libri ejusdem ostendit quod ratione Christianus debeat affectus suos in rectum usum convertere. Hoc ipsum docet in tractatu 60. in Joannem hac explicans verba: Cum hoc dixisset JESUS turbatus est.

S. Ambrosius l. 1. Officiorum c. 47. ostendit quomodo, & quare ab affectibus nostris cavendum sit.

Idem Sermon 19. docet affectus a puero coercendos esse.

S. Hieronymus l. 2. in Pelagianos affectus recenset, docetque, ex quo fonte proficiantur.

Idem lib. 2. in cap. 5. Haec ostendit quancumque inordinatam affectionem perturbare spiritum, & quamdam ebrietatis speciem vocari posse. Hoc ipsum praestat in caput 43. Ezechielis libro primo, in 4. caput Osee, & primum Joelis.

Idem Epistola 9. quae est ad Salvinam Viduam ostendit, hac in vita fieri minime posse, ne affectus insurgant, sed a nobis posse coerceri.

Idem

Idem Epist. ad Ctesiphontem adversus Pelagium ostendit fieri non posse, ut affectus omnino ex animo exellantur.

S. Gregorius l. 14. Moral. docet, a Demone illos excitari affectus, quibus magis obnoxii sumus, ac nos ex ea parte oppugnari, quae nos imbecilliores esse cognoscit.

Idem l. 2. Moral. c. 10. ostendit pios, iustosque viros nequaquam sensu, affectibusque carere, sed illos viam coercendarum animi affectionum cognoscere.

S. Jo. Chryostomus Exhortatione in quintum S. Matthaei caput, monet affectus cuilibet esse mendum, iisque subigendis operam quam diligentissimi ne navandam esse.

Idem Exhortatione in cap. 18. ejusdem S. Matthaei, hominis affectionibus suis obtemperantis miseram conditionem describit.

S. Basilius Homil. 9. in Psalm. 37. ostendit, quomodo nos nostri affectus excruciant, prohibentque, ne bonum a malo discernere valeamus.

Idem Hom. 10. in Hexam. docet illam, qui affectibus suis famularur, de hominis liberi gradu, atque dignitate deturbari.

Idem in Const. Mon. c. 8. monet, quomodo affectibus utendum sit ad Christianas virtutes excolendas.

Origenes Homil. 7. in c. 10. Levitici ostendit, incompositam quamlibet affectionem in anima quamdam parere ebrietatem, eique rationis lumen auferre; quod ipsum docet Hom. 2. in cap. 50. Joerem.

S. Gregorius Nazianzenus Hom. 11. in Genesim indignum esse ostendit illum, qui imperat aliis, suum esse affectionum mancipium.

S. Gregorius Nyssenus Orat. 2. de Beatis. ostendit, quo consilio Deus homini affectus dederit, & quomodo sit illis utendum.

S. Joan. Climacus Grad. 6. art. 159. docet affectus per se malos non esse, mortificationem vero ad id adhibendam, ut eorum excessus tantummodo auferatur.

Theodoreus in cap. 7. ad Rom. docet, cur a Deo affectus traditi fuerint hominibus, & in quem usum sint ab hominibus convertendi.

S. Bernardus Sermon. 58. in Cant. ostendit nunquam cessandum esse ab affectuum oppugnatione, eorumque excessum esse refecundum; semper enim reviviscunt.

Idem Sermon. 35. ex parvis ostendit, nos ab affectionibus nostris vel in Coelum evehi, vel ad inferna detrudi; prout bonum, malumve objectum illis exhibeatur; & Sermon 6. ait, recto affectuum nostrorum uti nos sanctos, quemadmodum pravo sceletos fieri.

Idem Hom. 4. super Missus aff. describit praelium, quod nonnumquam in hominum corde affectus client.

Callianus Coll. 5. c. 14. & Coll. 24. Gallianus in peccatorum regimine l. 1. c. 18. s. 2. verba facit de servitute illa, in quam nos affectus nostri conjungunt, & c. 19. libri ejusdem loquitur de interiori bello, quod ab affectibus suis impii patiuntur.

Idem in Tractatu de Oratione & Meditatione c. 2. s. 3. describit tumultum, quem in animo affectus excitant; ac ibidem optima tradit consilia ad affectus moderandos utilia.

Idem in tractatu de amore Dei c. 6. de mortificatione desideriorum, naturaliumque studiorum verba facit; capite vero 7. docet, quomodo sint mortificanda.

Alphonso Rodriguez parte altera Tractatus de mortificatione cap. 2. 3. 4. 7. 9. 10. 14. de affectuum mortificatione verba facit.

P. Saint-Jure l. 3. de cognitione, & amore Domini nostri cap. 10. sect. 3.

P. Jacobus Alvarez de Orat. l. 3. part. 1. cap. 7. de interiorum sensuum, appetituum, affectionumque mortificationis necessitate disceptat.

Idem tom. 2. part. 3. de interioris hominis mortificatione pluribus capitulis disceptat.

P. Hieron. Platus l. 3. c. 5. de bono status Religiosi.

P. Croiser tom. 2. Considerationum Christianarum.

Idem volumine eodem de affectionum effectibus loquitur.

P. Cassinus in praefatione Tractatus de affectibus. P. Guillord t. 2. spiritualium consiliorum, de affectu praedominante satis prolixum habet tractatum.

P. Camaret t. 2. quinto virtutis obstaculo, ubi diffusius de affectibus generatim, ac speciatim verba

facit, de praedominante affectu late satis dicitur.

P. Haineuve lib. de Ordine Vitae, ac Morum part. 1. serm. 18. tract. de ratione appetitus, affectusque moderandi, ac sermone sequenti ostendit, quomodo illis ratio uti debeat.

P. Antonius de Sancto Martino de la Porte in libro cui titulus: Les conduites de la grace, part. 2. de affectibus loquitur, tanquam criminum causis.

P. Senault tom. 4. Hominis criminosis, serm. 4. ostendit affectus mobiles esse, vel feroces.

P. Dozenne in Morali JESU CHRISTI tit. 9. de cordis, affectuumque mortificatione verba facit.

Non recensemus hoc in loco eos, qui de affectibus Philosophorum ritu disceptaverunt, quin eos ad mores referrent.

Biroat in Adventu Sermon. nono loquitur de Mundi impetu, qui proprie affectus est.

Idem Sermonem primo, & secundo in seriam quintam post tertiam Quadragesimam Dominicam.

P. Cheminaiis tom. 1. Sermon. habet de affectu praedominante.

Auctor Sermonum in omnia Ethica Christiana argumenta hoc ipsum argumentum pertractat Tom. 1. Domin. Sermon. pro 4. post Epiphaniam Dominicam.

Buxus in Panasio. Tit. Immortificatio Passionum.

Lohner. Tit. Mortificatio.

Labatha. Tit. Mortificatio.

Si omnes qui generatim de Mortificatione disceptaverunt, nequaquam praeterire interiore mortificationem, quae praecipua est, & ad animi affectus pertinet.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, Bibliorumque applicationes ad hoc argumentum.

Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Genes. 4.

Tradidit illo Deus in passione ignominie. Idem. Dimisit eum secundum desideria cordis eorum. Psal. 80.

Pot concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere; si enim p. gaudium tuas concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimici tui. Eccles. 18.

Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Proverb. 16.

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Matth. 16. & Luc. 9.

Inimici hominis domestici ejus. Mich. 7. & Matth. 10.

Intrate per angustam portam; quia lata porta & spatiosa via est, quae ducit ad perditionem. Matth. 7.

Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat concupiscentiis vestris. Ad Rom. 6.

Conspicisti sumus cum Christo per Baptismum in mortem. Ibidem.

Video etiam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captivantem me in lege peccati. Ad Rom. 7.

Spiritu ambulato, & desideria carnis non perscietis. Ad Galat. 5.

Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis. Ibidem.

Radix omnium malorum est cupiditas. 1. ad Timoth. 6.

Impii quasi mare fervens. Isaia 57.

Veteris, Novique Testamenti Exempla.

Sanctus Paulus, qui tot laudibus celebrat fidem, ac spem Patris Fidelium, Abrahae, aequo poterat laudare, atque admirari ejusdem charitatem, ac perfectam affectuum mortificationem: quae (ut de illa verba faciam, quae affectus omnes complexa est) in obedientia, quam Deo praestitit, praesertim eluxit. Affectus omnes in Sancti hujus Patriarchae animo vehementissimam tentationem constarunt, ubi ille iustus fuit unigenitum Isaac, quem non sine quadam miraculi specie generat, ad aras mactare. Scriptura non reticuit varios metus, doloris, tristitiae, amoris, desiderii, tumulis, si in ejus animo affectus aliquis contra Dei mandatum insurrexisset; verum ille hoc imperium tanta omnium naturalium sensuum submissione excepit, quasi non ea in parte laesissus esset; ubi dolor gravissimus erat. Quod vero maxime videtur

Concionatores neo-terici, qui de hoc argumento tractant.

Qui colligunt in hoc argumentum edidit.

Exemplum mortificationis affectuum omnium in Patriarcha Abraham.

mirum, illud est, quod cum Angelus idum inhi-

Huius mortificationis exemplum in Moyse.

Alterum nobis praberet potest exemplum Moyses, quandoquidem illum S. Ambr. l. de Cain & Abel hoc in argumento proponit, dicens eundem de omnibus affectibus suis luculentam retulisse vi-

Exemplum David.

Hic omittendum non est Davidis exemplum, hominis illius iuxta Dei cor, sancti illius Regis, in quo uno plura nobis suppetunt ira, ultionis, aliorumque affectuum, qui difficiliter superari possunt, mortificationis exempla. Hæc autem tunc præsertim enituit, cum a Saule exagitatus, licet sæpius inimicum hanc haberet in potestate, ejusque interitu posset eam sibi comparare coronam, ad quam fuerat inuadens; non solum minime persecutus est iniurias, quibus fuerat laceratus, quod ira ipsi fuisset nisi perfecta mortificatione fuisset subacta: verum nihil inentatum reliquit, ut officiis crudelium, potentemque inimicum sibi deliniret, qui post toties factam gratiam datam fidem perfergerat, in cuius manus si cecidisset, iure mereere debebat, ne consilium invidie eiusdem vitia occumberet. Deinde Sanctus hic Rex, cum filius quidem suus Absalon ipsum persequeretur, proditor vero Semei maledictis obrueret; non solum, neque in filium parricidam, neque in rebellem subditum exarist, sed fidelium Ducum suorum, qui nocentium morte læzæ majestatis crimen elere mediabantur, iras compescuit. Alia ne hac insignior affectuum suorum victoria fingi potest?

Exempla Esther, & Judith.

His Sanctorum veteris testamenti exemplis addi quoque possunt exempla duarum legis ejusdem illudrium Sanctorum. Esther videlicet, ac Judith. Quod excellentius mortificatione Esther, quæ dixit Deo: *Scis quod nunquam laxata sit ancilla tua, nisi in te Deus Abraham* & Esth. 14. Non huius aulæ fulgor, non huius coronæ in capite meo nitentis decor, non delicia, non potentissimi Regis opes cor hoc afficere poterunt, ut vel minimum quidem læritiam sensum perciperet: immo e contra hanc opulentiam, hanc voluptatum omnium affluentiam, vanitatem hanc semper sum aspernata. Nonne hoc perfectissimum est mortificationis exemplum?

Judithæ exemplum satis exploratum, comperiturque omnibus est, quia diu eidem necesse sit immorari. Viduam florente juvenia, omnibus naturæ fortunæque bonis affluentem, omnibus vitæ hujus commodis vale dicere, meliores ætatis suæ annos in jeuniis, oratione, penitentia, ac cilicio traducere; nonne hoc est præclarum de affectibus suis reulisse triumphum ea in ætate, eoque in statu, ubi ardentes, & ad vincendum, vel regendum difficilioris esse consueverunt?

Cætera mortificationis exempla, quæ ex Bibliis depromi possunt, prætereo, alia quædam allatus scelerum, ac malorum, quæ prædominans affectus parere consuevit, ubi nullis coarceatur habentis, atque impune grassari permittitur.

Exempla maiorum, quæ in Saul, le prædominans affectus pe-

Saul quidem antequam ad Regni apicem eveheretur, virtutibus præfulgebat, quæ illi, & Dei gratiam, ac tantam dignitatem promeruerit: at simul ac passus est, invidiam quamdam adversus David in animum suum irrepere, quot ex hoc venenato fonte flagitia effluxerunt, quæ animum, ac mentem illius depravarunt? Statim suspiciosus factus fuit; laudes, quibus Davidis virtus celebrabatur, ipsi tristitiam pepererit; diffidens omnes illius scrutatur actiones; censor id ipsum, quod omni sceleris suspicione vacat, in deteriorem partem detorquet;

ingratus obliviscitur quam bene de ipso, totaque Republica adolefcens ille nuper meritis fuerit, injustus, æquis nequit amplius oculis intueri eum, quem tamquam suæ gloriæ, atque auctoritatis æmulum inuenerit; licet quam diligentissime David utrique provideat. Ignavus fit, atque timidus, more affectus propter adolefcens hujus felicitatem, secretis obrektionibus eisdem fidem in suspitionem adducere studens; deceptor, ac dissimulatur, non alia nisi illius perdendi inquit consilia; in crudelitatem usque prorumpit. Omnibus his peccatis addit perjurium; ac ius illud jurandum intrinsecus, quo Jonathas pollicitus fuerat, se nihil ultra contra David ausurum, Suporem cient tot scelera in eo Principe, in quo olim tot virtutes lucebant; verum nil mirum; ubi affectus prædominans ea omnia, quæ committimus, scelera gignit, atque affectus reliquos fusque deque miscet, ut sibi satisfaciat.

Lezabel erat Regina superba, & imperiosa; ambitio, ac regnandi libido eidem imperabat: illinc ea profecta est plurimorum criminum cohors, quæ in sacra historia leguntur. Hæc in virum suum tumultus ciet; adversus eos, qui sibi audent resistere violenta; iniusta erga Naboth, cujus conatur invadere hereditatem; superba, ferox, contemptrix, pessimorum consiliorum artifex. Contra Naboth exitans indignationem Achab, quem sua auctoritatis zelotypum efficit, eo usque procedit, ut a calumnia minime ablineat; hunc enim in iudicium rapi jubet, quasi de Rege oblocutus esset, atque nomen Domini blasphemasset. Tot, tantique sceleribus addit impietatem, atque irreligionem, contemptens monita Elize prophetae a Deo missi, ut illum corripiat. Gradulis etiam eo usque, ut innocuum virum ultimo supplicio afficiendum curaverit, & persecuta fuerit Eliam prophetam, vera sibi quidem, sed tristica, atque ominosa portendentem. Hi fuerunt effectus ambitionis, atque superbiæ, quæ impie huic mulieri, quæ ex Bibliorum peni in hoc argumentum essent depromenda, Amani exemplum Epsi. 3. satis persuaderi potest, affectum aliquem, ubi dominatus fuerit nobis, in terribissima quavis flagitia impellere posse, & cæterorum esse delictorum originem. Amani, aulicus ille, cui ipse obsequi fortuna visa est, coram quo Regis iussu cives omnes genuerunt te nebantur, se infelicem putat eo quod homo quidam, qui contemptibilis erat in oculis ejus, hoc illi detrectabat obsequium. Odium, & ira eo inquit in ejus corde accenduntur, ut jam inerat consilium perdendi Judæos omnes in Aiueri imperio late diffusos, ut generali internectione unus ille involveretur. Tristitia, furor, desperatio illum dilaniarunt, afflixerunt, ita ut aperte fateri non dubitaverit, se licet tot bona possideret, ea omnia flocci facere, ac requiem invenire non posse, donec viderit Mardocheum tri regis foribus sedentem, ac sibi officium, quod tanto opere cupiebat, detrectantem. Post hæc vero in quo crimina, atque infortunia affectus ille prædominans hunc præcipitem minime dedit?

Quin singula asseramus exempla, quæ ex Bibliorum peni in hoc argumentum essent depromenda, Amani exemplum Epsi. 3. satis persuaderi potest, affectum aliquem, ubi dominatus fuerit nobis, in terribissima quavis flagitia impellere posse, & cæterorum esse delictorum originem. Amani, aulicus ille, cui ipse obsequi fortuna visa est, coram quo Regis iussu cives omnes genuerunt te nebantur, se infelicem putat eo quod homo quidam, qui contemptibilis erat in oculis ejus, hoc illi detrectabat obsequium. Odium, & ira eo inquit in ejus corde accenduntur, ut jam inerat consilium perdendi Judæos omnes in Aiueri imperio late diffusos, ut generali internectione unus ille involveretur. Tristitia, furor, desperatio illum dilaniarunt, afflixerunt, ita ut aperte fateri non dubitaverit, se licet tot bona possideret, ea omnia flocci facere, ac requiem invenire non posse, donec viderit Mardocheum tri regis foribus sedentem, ac sibi officium, quod tanto opere cupiebat, detrectantem. Post hæc vero in quo crimina, atque infortunia affectus ille prædominans hunc præcipitem minime dedit?

Exemplum Saluatoris, voluntatem suam abnegantis.

Cum in JESU CHRISTO nihil esset incompositum, inconditumque, nihil in eo mortificandum extitisset videtur; at tamen ipse quoque voluntatem suam quantumvis æquissimam, sanctissimamque abnegavit, ac palam se in mundum venisse professus est, non ut suam, sed ut Patris sui voluntatem expletet, factus usque ad mortem, mortem autem Crucis, obediens. Similiter licet sanctissima essent illius naturalia studia, & ab æquitate minime dissidentia, qualis fuit vitæ, gloriæque suæ cura; utramque tamen & Patris sui gloriæ, & hominum saluti devovit. Affectibus suis permisit, ut non rebellarent quidem, sed ut ad eorum objectum, quæ ipsi erant contraria, consensuum commoverentur, ut ea vis, qua illos expugnare est adnatus, eo usque, ut labor cruentum sudorem eliceret, nobis animos faceret, affectumque oppugnantiorum, expugnandorumque rationem doceret. Hoc utitur argumento Paulus Apostolus, nos ad fortiter pugnandum contra nostros affectus excitaturus. *Recognite eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem, ut ne fatigaretur animis deficientes, nondum enim usque ad sanguinem vestivisti adversum peccatum repugnantes.* Hebr. 12.

S. Petrus Apostolorum Princeps, & S. Joannes discipulus ille dilectus aliquam sanè animi perturbationem præstulerunt; primis quidem metus, alter iracundia; ille Magistrum suum negans ad ancillæ interrogatunculam, hic indifferenter zelo petens, ut de Cælo in urbem quamdam infidelem ignis descenderet. Sed uterque, & reliqui etiam Apostoli, qui aliquam restati fuerunt imbecillitatem Dominicæ Passionis tempore; ubi Spiritus Sanctus in illos delapsus est, perfectæ omnium affectuum suorum mortificationis gratia donati sunt; atque de omnibus asserit Scriptura, quod qui metuerent, moribus tabescerent, animum desponderent, ac spem abicerent illi, quod conabantur, assequendi, eas videntes persecutiones, quibus Ecclesiæ incubula exagitabantur, ibant immo gaudentes, quoniam digni habiti erant pro nomine JESU contumeliam pati.

S. Paulus, S. Paulus, vir ille profus divinus, vas electionis, & per antonomasiam Apostolus, nonne dolet, nonne se miserabilem vocat, eo quod affectuum omnium purissimo sit adhuc obnoxius? Nonne enixas ad Deum preces fundit, ut stimulus ille a se procul amoveretur? Ipse quidem se nihil precibus affectum fateretur, nisi Dei gratiam, cujus ope eidem resisteret, certus alioquin quod virtus in infirmitate perferretur. Si ergo S. Paulus in altissima perfectionis statu affectuum perturbatione vacuus non fuit; quis putet, alium quemlibet, licet sanctus, licet perfectus vel sit, vel esse possit, isdem vacuum esse, perfectamque affectuum mortificationem in eorum immunitate consistere, ita ut sibi nullum amplius negotium faciant?

Prædominans S. Pauli affectus erat iracundia; verum cum Dei Filius de illo triumphavit, nequam illi abfoluit servens hoc temperamentum; sed illius obiectum tantummodo immutavit, & quodammodo affectum eundem consecravit ope gratiæ suæ, quæ persecutoris iram in zelum convertit Apostoli, pro Magistri sui gloria serventis. Hoc ipsum dicit de Magdalena potest, insigni illa peccatrice, sanctaque Evangelii penitente. Cum Dei Filius in ejus corde regnare cepit, numquid amorem inde expulit? Haud ita sane; sed illius obiectum convertit. Non auferit illi studium, quo ad amandum ferebatur; sed peccatorum ipsius principio gratiam iniecit; & amor ille naturalis, & noxius, affectio illa perniciosa & profana in profus divinam charitatem fuit immutata. Ita gratia nostro ingenio, nostrisque se se aptat affectibus, ut illos sanctificet, atque in eum usum convertat, quo Dei ipsius consiliis obsequatur.

Judas prædominantis avaritiæ affectu torquebatur, atque inde in mentis exaruit, ac tot scelera corruit. Quid illum de Apostolo Apostatam fecit, nisi hæc turpissima lucri cupiditas? Quis credidisset vitio adeo turpi Apostolum laborare potuisse, ac defectum hunc, qui intus statim non admodum metuendus videbatur; eo tandem fuisse evasurum? Verum sedulo perpendendi sunt progressus, per quos affectus ille in calamitissimum hominis animum inolevit. Ex furtis exiguis majorum cupiditas sensim orta est; sibi displicere simulavit Magdalenz largientem, quæ super Domini caput sua effudit unguenta. Ulterius procedit, cumque conscientiam suam prodidisset, Magistrum suum vendidit, eoque in statu cum reliquis Apostolis communicans, cæteris criminibus impiissimo sacrilegio cumulatum addidit. Quæ scelerum cæcena in Apostolo in JESU CHRISTO schola innutrito, atque miraculorum ejus teste! Post hoc exemplum, si hujusmodi affectus dominatus fuerit in nobis, nonne terribium quæcumque finem expavescente debemus, nisi omni conatu eundem maturato superare aditamus? Non illud tantum nobis considerandum est, quid mali in præsens afferat; illud fieri præcavendum, quod potest adferre, quod etiam fortasse jam attulit illi, quibus minor, quam nobis erat, gratia, virtus, ac bona voluntas.

Admirabilis effectus prædominantis affectus in Judo.

Quorundam Scripturæ locorum ad hoc argumentum applicatio. Imperavit ventis, & facta est tranquillitas magna. Matth. 8. Venti, in hujus mundi fluctibus nos agitantibus non alii sunt, nisi incompositi affectus, qui intra se digladiantes, vehementissimam in nobis cient tempestates. Hujusmodi sunt voluptas, avaritia, superbia, ambitio, invidia, & ultionis cupiditas. Ad illud autem naufragium, mortemque evitandum, quam nobis hæc minitantur procellæ, omnia in mare sunt projicienda, ne fluctibus navis submergatur. Nulla habenda ratio est auri, argenti, aliarumve opum, quibus est navis onusta; omnia relinquuntur, ut vita servetur. Visne inter procellosos hujus vitæ fluctus tæx incolumitati studere? ad ventorum, tempestatumque vim infringendam ea omnia ab te projice, quæ earundem sunt causa, & obiectum; amorem videlicet divitiarum: cor tuum ab iis rebus divelle, quarum pondus certissimum tibi minuitur interitum &c. Propterea quemadmodum ventigiant mare, atque vehementi flatu illius malaciam perturbant, ita affectuum nostrorum incompositi motus in cordibus nostris tempestates, ejusque tranquillitatem evertunt. Nunc ira procellas excitat; nunc superbiæ, ac vanitatis ventus perflat; nunc impatiencia, invidia, libido fusque deque omnia committent. Si vis, ergo, vel si non sit potius affectuum, atque appetituum tuorum ventis imperare, illos mortificans, rationique subijciens, pace, atque admirabili tranquillitate frueris. Imperavit ventis, & facta est tranquillitas magna. Matth. 8. & Luc. 8.

Huc usque venies, & confringes tumentes fluctus tuos. Job. 38. Conter perturbationem affectuum procellis pelagi; dices aliquando, hoc elementum tempestatis actum Cælo minas intentare, terræque submergere velle; at tamen statim ac litus attingit, pedem sistit, atque ibi se se continere jubetur: huc usque venies, & confringes tumentes fluctus tuos. Mare præcepto hinc, ut ita dicam, occurrentis Dei digitis in littore scripto, obsequi & obedientiæ causa se se continet, atque recedit. Mihi viderur inter sensitivum appetitum, ubi viget affectus, atque voluntatem, ubi rationalis fides appetitus, inveniri posse quoddam vallum, & quamdam littoris speciem alterum ab altero sejungens; Dominum vero JESUM inter utrumque medium consistere, videlicet inter voluntatem, atque affectus; ibique imperare: Huc usque venies. Hinc ille ad voluntatem loquitur: senties quidem hujus appetitus impetum; sed non progredieris inde vero ad affectus: Huc usque venies. Intra primos motus vosmet continetis, neque ultra ad voluntatem usque progredi audebitis. In hujus præcepti obedientiam affectuum nostrorum victoria consistit.

Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Ad Rom. 6. Peccatum nonnumquam in nobis tantum pertransit, idque accidit, cum delinquimus, quin delicti habitus nobis inhæreat, vel cum peccatum non ex ea causa procedit, quæ sæpius illic nos rapiat, quemadmodum prætere solet violentus animi affectus, qui, ubicumque se se obtulerit occaso, nos statim in scelus præcipites agit. Tunc nondum regnat peccatum, nondum suum exercet imperium, uti accidit, cum affectus aliquis impetu impellitur, rapitur, eique citra quamlibet resistentiam obsequimur. Itaque per allata verba non jubet Apostolus, affectus nostros omnino radicitus convelli; hi quippe naturæ nostræ insitunt sunt; sed jubet a nobis nihil intentatum relinquere, ne illos nobis, & corporibus nostris pro obedientiam dominari patiamur: ut obediatis concupiscentiis vestris. Ad Rom. 6.

Peperit Saul, & populus Agag, & optimis gregebis ovium; . . . quidquid vero velle fuit, & reprobum, hoc demolit sunt. 1. Reg. c. 15. Preceperat Sauli Deus per Samuelem, ut Amalecitas funditus everteret, quin ulla lexus, ætatiive ratio haberetur; sed internectione ipsas etiam oves, atque cetera armenta deleteret. Attamen Saul, populumque peperit Agag, illeque omnibus, qui in gregebis, atque manibus optima erant, ac speciosissima; ea vero, quæ nullo habebantur in pretio, igne, ferroque vastavit. Quamplures ita agunt; quibusdam in rebus nullius momenti se se mortificant; in iis vero, quæ cordi suo inhaerent, sibi maxime indulgent, prædominantem affectum non attingentes. Hujusmodi autem homines moneo, iis in rebus, quæ magis pretiosa nobis sunt, & clariora, mortificationem esse adhibendam, atque inde acceptissimum Deo sacrificium offerendum. Quid autem Samuel? convenit Saulem. Dei verbi illum acriter arguit, ad se Regem Amalec adduci jubet, adductumque trucidat. Ecce quid vobis sciendum, Rex Amalecitarum jugulandus est; videlicet per mortificationem Deo est devotendus affectus ille, qui magis regnat in vobis, vanitas, ambitio, gloria, laudisque cupiditas, impatiencia, &c.

Haudry Bibl. Tom. 1.

Deus affectibus nostris crascellos præscripsit ultra quos credi prohibetur.

Deus affectibus nostris crascellos præscripsit ultra quos credi prohibetur.

Ceteros affectus mortificantes prædominanti parcimus.

E

BIBLIOTECA CENTRAL

PARAGRAPHUS IV.

Sanctorum Patrum loci, atque sententia in hoc Argumento.

Ussiti Domine, & sic est, ut pax sua sibi sit omnis animus inordinatus. Aug. l. 1. Confess. c. 11. Victoria nostra intus est: quomodo viciis Christus, vincere appetat Christianus. Idem Serm. 44. Te vince, & Mundus victus est. Idem Serm. 5. Qui dominari nescit cupiditatibus, quasi equus rapiatur indomitus, voluitur, obicitur, lanitur, affligitur. Ambros. l. 3. de Virginit.

Servilis est omnis passio. Idem l. 2. de Jacob & vita beata, c. 3. Voluptatem vicisse voluptas est maxima, nec ulla maior est victoria, quam ea que a cupiditatibus resistitur; magna sane victoria, & nullo non sanguine & sudore emenda. Cyprian. 9.

Affectus & perturbationes, quamdiu in tabernaculo corporis hujus habitamus, & fragili carne circumdamur, moderari & regere possumus, amputare non possumus. Hieron. Epist. 8. quæ est ad Demetriad.

Leones subigimus, eorumque animos cicures reddimus; & dubitas, an passionum feritatem ad mansuetudinis felicitatem possis traducere? Chrysostr. Serm. 2. in Genes.

Vere liber, & solus princeps, & rex regum ille est, qui passionibus immunis est. Idem, Homil. 59. in Matth.

Difficile est, quin potius impossibile, perturbationis intus carere quempiam, quas Græci passiones vocant. Hieronym. Epist. 9. quæ est ad Salvianum viduam.

Sine vitis nemo nascitur, optimus ille qui minimus urgetur. Idem, ibidem.

Sane in hoc creatus es princeps, ut imperites affectibus, ut domiveris bestis, reptilibus, &c. Basilus, Homil. 11. in Hexam.

Quamvis navis gubernatori concessum non sit tranquillitatem mari pro arbitrio & voluntate imponere, nobis tamen integrum est vitam omni vacante perturbatione constituere. Idem, orat. 21. de felicitate.

Nihil unquam tam expectandum, quam ut animi pace fruatur, affectibusque imperet. Gregor. Nazianz. orat. de pace.

Unusquisque affectus ac perturbatio, cum prævalet ac dominatur, animi nostri tyrannus existit. Greg. Nyssen. in funere Pulcheriæ.

Merito Rex dicitur, qui te recte regere noveris, Origenes.

Hoc est opus nostrum in hac vita, actiones carnis, passiones, spiritus mortificare, quotidie assurgere, minuire, frænare. Climacus, Serm. 13. de Verb. Dom.

Mortificatione voluntatum vitia extirpantur & marcescunt universa. Cassian. l. 4. Initit. c. 43.

Credite mihi, vitia putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccendantur extincta, sopita demum excitantur. Bernard. Serm. 58. super Cant.

Hoc debet esse negotium nostrum, vincere videlicet seipsum, & quotidie seipso sortitorem fieri. De Imit. Christi, l. 1. c. 3.

Si semetipsum perfecte viceris, cetera facilius subjugabis; per secula victoria est de semetipso triumphare. Idem, l. 3. c. 58.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia in hoc Argumento afferri possit.

Passio est motus sensibilis potentie appetitive ob imaginacionem boni, vel mali. Ita affectum definit S. Joan. Damasc. apud D. Thom. l. 2. quæ. 2. art. 9. quæ definitio his verbis concepta, illorum vim intelligenti affectuum naturam plane demonstrat; nullum enim adeest verbum, quod lucem non afferat. 1. Dicitur motus, Cum enim affectu aliquo perturbamur, in nobis experimur motum aliquem vel affectionem, quo bonum optamus, vel averfionem, quo malum effugimus; affectus autem non aliud est quam hic animæ motus, quem ipsi sentimus. 2. Hic motus est sensibilis, temper enim parit mutationem aliquam, quæ extrinsecus etiam apparet, in facie nonnumquam per erubescenciam, atque pallorem, & in voce, quæ vel atollitur, vel contremiscit. Cumque semper sensibilis aliqua contingat mutatio, ita fit ut passiones potius quam actiones appel-

Affectuum definitio.

Quomodo affectus appetitus excitatur.

tur motus illi, qui eandem producant. 3. Motus iste sensibilis est in potentia appetitiva; hoc est, affectus non est in anime parte superiori, quam rationem, & voluntatem dicimus, sed in ea, quæ homini cum brutis est communis: hoc est in irascibili, atque concupiscibili appetitu.

Philosophus intactam relinquimus provinciam explicandi fufius, quo pacto quilibet affectus excitetur, vel insurgat in anima; quænam sit causa physica, & proxima; & quæ per vitales spiritus impressio fiat. Id afferam tantum, quod Ethica docet; videlicet in animæ potentis non deesse quædam subordinaciones, sensuque exteriores semper primos esse ad agendum: hos esse, qui bonum malumque sensibile detegunt, ac illud imaginacioni repræsentant, huic inesse appetitum sensitivum, & simulac, vel etiam antequam intellectus præmoverit, ac ratio viderit, quid sit, sæpe contingere, ut appetitus ipse commoveatur: hunc probere non posse, quominus se invito passiones excitentur, neque integrum eidem esse, harum sedare motus, ubi fuerint commotæ: sed voluntati per JESU CHRISTI gratiam, potestatem adesse illis non assentiendi, immo illas oppugnandi, expugnandique; sed quoniam hæc sua potestate non semper utitur, neque illud, quod suppetit, auxilium adhibet, dicimus, quod re ipsa contingit, eum, qui affectibus perturbatur, libenter affectuum eorumdem subire jugum, ac pati se ab illis in miseram trahi captivitatem.

Quo in sensu Paulus concupiscenciam & affectus vocat peccata.

Cum S. Paulus passiones vocat peccata, non ait, illas vere peccata esse, nec quoad habitum, vel principium, neque quoad actum. Affectus habituales non sunt peccata, namque remanent post baptismum, post quem de fide est nihil in homine permanere, quod sit vere peccatum: actus similiter affectuum peccata non sunt; cum enim rationem, libertatemque pervertant, non sunt voluntarii. Quorsum igitur Apostolus passionibus nomen tribuit peccatorum? Duplici ex causa. 1. quia sunt facilius, & idonea materia ad peccati nequitiam recipiendam. 2. Quia sunt activa principia libertatem excitantia, ut motibus ipsorum indulgeat, eaque committat scelera, in quæ illam detrahunt.

Quando nam passiones incipiunt fieri peccata.

Querunt Theologi quandonam affectus de illa, in qua erant, indifferentia egrediantur, & criminosi esse incipiant; atque respondent tunc accedere præsertim, cum ratio, quæ primæ eorum commotionis impetu quodammodo erat perturbata, & obscurata, ad se se redit, ac videre incipit, malum esse; & cum voluntas assentitur, licet hoc malum videat, atque intelligat; atque incompotum illum affectuum motum probat. Tunc quod antea primum dumtaxat motus erat, incipit criminofum esse, incipiens esse voluntarium ob eum consensum, qui vel tacite, vel explicite præbetur.

Inter sensitivum appetitum ad peccatum sollicitantem, atque inter rationem, & voluntatem, ubi deliberatus consensus perficitur, naturalis quædam intercedit sympathia, atque propensio; eadem quippe anima per utramque facultatem operatur; ita ut appetitus nunquam passionis indeliberate actum efformet, quin voluntas, & ratio ad actum similem eliciendum, ac appetitus motum sequendum sollicitentur. At difficile est, voluntatem resistere illecebris affectuum adeo proximorum; & moraliter est impossibile, animam, quæ duplici adeo opposita facultate operatur, violentam hanc divisionem perpessam, diutius incertam permanere, quin se vinci permittat, & voluntatis suffragio id malum prober, quod sine ipsa inchoavit.

Gratia naturalibus utitur affectibus & studiis ad supernaturales actiones producendas.

Satis liquet, virtutes supernaturales esse effectus gratiæ, atque longe supra naturæ vires ac dispositiones positas esse; fatendum nihilominus est, hanc eandem gratiam his uti, quæ in nostra natura nascitur suis consiliis idonea, atque nos etiam, quæ nos in scellis impulerant, ut inde nostram virtutum primordia, nostraque sanctitatis ac rationes supernaturales tribuit, ut mirabilem hanc mutationem operetur; ita ira utitur, ut zelus effingat; amorem adhibet, ut charitatem accendat; tristitiam ac dolorem affectuum omnium maxime infirmos, inutilisque ad penitentiam efformandam usurpat. Theologi quidam hanc affectuum immutationem, & hoc gratiæ secretum ap-

Hondry Bibl. Tom. I.

pellant artem gratiam naturæ, & virtutes virtiorum causis inferendi. Veluti cum sylvestri stipiti bona inferior arbor, ex ea commixtione contingit, ut arbor bona malam corrigat, ac immutet; & germen insitum, & stirps simul commiscentes virtutes suas commune efficiant principium bonorum fructuum ex utroque prodeuntium. Ita gratia affectibus, naturalibusque studiis, quæ erant causa vitiorum, insita, noxiam eorum fecunditatem corrigit, atque ad gignendos fructus gloria dignos extollit.

Constat liquido, neminem affectibus carere, appetitus enim sensitivus concupiscibilis, vel irascibilis in omnibus invenitur. Ipse hominum parens in felici originalis iustitiæ statu, in quollum creaverat Omnino, affectibus vacuus non erat, quem admodum S. Thomas testatur. Aniciebatur amore, & lætitiæ bonorum, quæ possidebat; eorum vero, quæ possessurus erat, spe, atque cupiditate; sed utrumque sine labore, & cum perfecta rationi obedientia. Vacuus profecto fuit dolore, atque molestia, ceterisque affectibus, qui circa malum aliquod versantur; namque in eo felicitatis statu omni carebat malo; quod de posteris eius dici non potest. At quemadmodum nemo affectibus caret, ita nemo est, cui non sint impugnandi affectus illi, a quibus in malum propellitur, nemo cui virtus sua exercenda non sit, & adlaborandum, ut alios quidem in bonum usum converterat, alios vero ad virtutem in dies magis inflammet.

In his appetitus motibus, quos affectus nuncupamus, distinguendum est quidquid boni illis insit natura, ab eo, quod mali deinceps addidit corruptio peccati. Illud autem boni invenitur, hoc est, quod si eosdem inspiciamus in semetipsis, nihil sunt aliud, quam naturales propensiones, quæ efficiunt, ut bonum quidem sectemur, malum vero fugiamus. Quod vero in illis malum existit, illud est, quod hæc peragunt præcipiti quodam tumultu, atque ut plurimum nituntur in venitum, & in id quod homines nocentes efficere potest. Hinc autem adversus Stoicos inferendum est, affectus nostros in se malos non esse, quippe Naturæ Auctor illos efformavit in nobis, eoque tradidit finibus æquissimis, atque sanctissimis: ita ut si quid refecandum est, illorum dumtaxat excessus recidendus est, eorumque perturbatio, quæ peccati culpa. Immo injuria tanquam noxii damnantur; quandoquidem illos in virtutes novit convertere voluntas nostra, ubi libitum fuerit, eos in officio continens, illorum perturbationem prohibens, eorumque excessum intra cancellos equitatis compescens. Ipsa etiam gratia iisdem utitur, ut Christiano viro dignas, ac supernaturales actiones operetur.

Cum superior animæ pars, cuius interest regere, & coercere motus appetitive potentie, non moderatur, sed illic finis eos rapi, quo festinant, quin eorum excessus inhibeat, illos excitat, quin errores corrigat, illos immo suo consensu approbat, ac denique per ignaviam, aut improbitatem illis pareat, non imperat: tunc affectus illi criminosi sunt, nostræ quærit, atque æternæ felicitatis inimici. Sed cum ratio novit sui suum tueri, atque auctoritatem suam in hos motus, qui nunquam, nisi ipsa permittente sunt mali; cum denique ita sibi subicit appetitum, atque affectus, ut nunquam noxie rebellet, nisi cum ipsa quod rebellat, vel eorum fovet defectionem: tunc affectus ipsi virtutes sunt, & motus eorum meriti occasiones evadunt.

Nemo unus ignorat, a Deo primum hominem creatum fuisse cum perfecta libertate; atque huic quædam supremæ auctoritatis speciem fuisse concessam, absolutumque dominium in omnes terrarum orbis creaturas, ac præsertim affectuum suorum ita constitutum fuisse dominum, ut hi non nisi ad ejus nutum agere possent, atque ad unguem ejusdem imperata facerent. At eheu quantula fuit hujus dominationis duratio! quam cito mortalis homo de hac possessione defectus in calamitiosissimam cecidit servitutem, eo quod per obedientiam se se Deo submittere noluerit, quæ res non nisi in maximam eidem cedere poterat auctoritatem! Et tunc in seipso affectuum suorum a ratione rebellantium tumultum expertus est, cum antea perfecte ejusdem parerent imperio. Ex tunc inter inferiorem, superioremque animæ partem iuge illud occipit prælium, quod semper deinde viguit; atque illud intestinum bellum, quod nullam unquam pertulit pacem, at foedus. Ita hom-

Nemo affectibus vacuus est.

Quid bonum, malum in affectibus insit.

In statu innocentiæ homo affectibus suis dominatur.

In eundem prædominantem affectum.

Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac. Genes. 22. Quoties interior vox auribus cordis intonuit præceptum illud, quod Deus olim Abraham impoluit? Victimam, quam a te mactari tibi cupi, ille est dilectus appetitus, suavis ille filius, quem tanta cura cor tuum genuit, atque enutrivit. Alia quævis hostia non satis placet. Frustra conatus es eam gratiam effugere, quæ te persequatur; semper vigilans, atque tuæ intentioni salutis, quæ recederet, nunquam desistit quominus ementitam conscientiam tuam pacem turbaret. Si dixeris, te toto pectore adlaborasse, ut affectus tyranni vim, impetusque crebros repelleres; respondere poterò, te multo majores conatus edidisse, ut validis gratiæ illecebris, quam toties abiecasti, neglexisti, oppugnasti, resisteres.

In idem argumentum.

Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & vulvum faciens inmolat debile Domino. Matthe. 1. Illi divina imminet maledictio, Propheta ait, qui in gregebus suis habens, quod dignum offerat Deo, illud tamen, quod macie, senioque confectum est, eidem sacrificat. Nonne hoc ipsum præstat, qui Deo plures vitæ suæ actiones sacrificat, at sibi nihilominus peccularem, ac dominantem affectum reservat, ac illi maxime parit? Oblaciones, aliæque sacrificia licet prodigus offeras, hæc Deo non placebunt donec eidem non immoles affectum, quem tantopere diligis. De oblacionis pretio iudicium laturos Deus, id respicit, quod adamas; cumque affectus hic tibi maxime ardeat, illius sacrificium Deo unice esse potest acceptum.

Semper præliandus est contra affectus.

Bonum certamen certavi, cursum consummavi. 2. ad Timoth. 4. Innuit Apollolus se non contra externos tantum, verum etiam contra domesticos inimicos invisisse certamen. Affectibus nonnullis torquebatur, qui mortificandi erant, in vincerentur, & continerentur in officio: quod cum ope divinæ gratiæ prestisset, victoriam reportavit; Bonum certamen certavi: ecce prælium, primisque mortificationis officii: Certavi: ecce affectuum clades, atque triumphus: Cursum consummavi: suum peregit cursum, arma tenens manibus occubuit, ejusque prælium cum vita finem invenit. Hoc est exitum exemplum, quo ad finem usque cum affectibus nostris bellum gerendum esse docemur.

Baptismus nobis utilis necessestatem affectibus nostris moreremur.

Quicumque baptizati sumus in CHRISTO JESU, in morte ipsius baptizati sumus; conspersi enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Ad Roman. 6. Ex allatis S. Pauli verbis validum argumentum desumimus ad eam necessitatem probandam, qua tenemur, quatenus Christiani, affectus nostros mortificare; quia Baptismus imago est mortis, & sepulture CHRISTI JESU, qui ex eo tempore nobis præcepit, ut affectibus nostris, omnibusque carnis desideris moreremur. Itaque hoc vite sacramentum, secundum Apostolum, mortis sacramentum est, atque simul & incunabula, & sarcophagus; nobis enim & vitam, & gratiam tribuens, qua Christiani efficimur, vult nos in singula sensuális vite, corrupteque nature momenta mortem oppetere. Hoc ipsum etiam indigitatur his ritibus, quibus in Baptismo renuntiare cogimur; cum enim teneamur Dæmoni, operibusque illius, mundo, ac pompis ejus renuntiare, nonne renuntiare quoque jubemur omnibus sensuum voluptatibus, omnibusque mundi pompis, ac vanitatibus? Hæc autem nonne præclara est mortificationis exercitatio?

Affectus omnes leu Christi imperium detrahant.

Nolumus hunc regnare super nos. Luc. 19. Hoc in quadam Evangelii parabola dixerunt seditiosi illi civis Principi, qui ad eos miserat punitos, ut ab eisdem Rex haberetur; hoc ipsum Deo dicunt quotidie rebelles affectus. Nolumus hunc regnare super nos. Nolo JESUM CHRISTUM regnare super me, inquit ira; ejus leges lenitatem præcipiunt, quæ non placet. Illum Regem nolo, ait avaritia; illud Evangelium pauperatam suadet, quam perhorresco; illius jugum non patiar, inquit superbia; illud enim mihi humilitatis necessitatem injiceret, quæ me prorsus everteret. Ita singillatim affectus quilibet JESU CHRISTI legibus obtemperare detrahant.

minum parens de sua auctoritate gradu dejectus, amisso, quod in affectus suos obtinebat, imperio, in miseram captivitate lapsus est, in qua sub iugo peccati, atque concupiscentia, quae peccati originalis effectus est, sequela, omne humanum genus involvit. Verum quidem est, nos Salvatoris gratia de peccati servitute, demonisque captivitate evasisse; at perfectam libertatem, quam primus homo ante lapsum persequatur, affectu non sumus, neque eandem in affectus nostros auctoritatem obtinemus. Hi nobis licet invitis rebellant, eamque permittit Deus rebellionem, ut fieret nostrae virtutis exercitatio.

Quarunt Theologi utrum Saluator passionibus fuerit obnoxius, atque in se appetitus sensitivi motus, quos ceteri homines sentiunt, fuerit expertus. Quamquam hoc passionum nomen quibusdam Sanctorum Patrum insolens fuerit visum propter tumultum, atque perturbationem, quam in nobis cientes, & mitiori vocabulo eas *propensiones* appellare maluerint; fatendum nihilominus est, illud, ubi naturam hominis induit, omnes etiam humanos sensus indusse, eumque fuisse obnoxium his moribus naturalibus, quos passiones in reliquos nuncupamus. Hoc probat D. Thomas *part. 3. qu. 15. art. 4.* ea ratione, quod ille, quidquid hominis est proprium assumptit. Aliquod tamen inter istas passiones, ac nostras discrimen intercedit, 1. Ex parte objecti, affectus nostri promissive feruntur in bonum, & malum; & in JESU CHRISTO erga legitima tantum, ac sancta objecta rapiuntur, atque perturbantur, quae eisdem regere deberet; at affectus Salvatoris naturalem hunc ordinem nunquam perturbant, semper rationis lumen secuti. 2. Ex parte principii, affectus praeventur, atque perturbantur rationem, quae eisdem regere deberet; at affectus Salvatoris naturalem hunc ordinem nunquam perturbant, semper rationis lumen secuti. 3. Quatenus peccat ad passionum effectus, ea, quibus torquemur, saepe auferunt libertatem, eamque suis moribus obtemperare cogunt; & in Filio Dei semper illius voluntati paruerunt, nec unquam nisi ad illius nutum aliquid conatae sunt.

Cum S. Paulus passim de libertate filiorum Dei verba faciat, Sancti Patres, atque Theologi mystici quarunt quantum in re illa consistat, & quid eius nomine sit intelligendum? Atque ore uno respondunt, non aliud esse, quam immunitatem ab affectuum captivitate, qui nos in quadam servitutis specie retinent, & quibus plerique caecam serviunt servitute. Hac est illa libertas, quam parit in nobis Spiritus Sanctus, tamquam munus, fructumque suorum maximus: *Ubi Spiritus, ibi libertas.* 2. ad Cor. 3. neque dubitandi locus est, quominus per gratiam hunc felicitatis statum obtinere possimus. Licet enim ex Sancto Paulo dixerimus, nos obnoxios esse primis affectuum moribus, ex quo peccatum regnavit in omne genus humanum, atque in mente Deo tantum opis nati sumus, ut nobis integrum sit, affectibus nostris dominari, atque per hoc frui felici libertate filiorum Dei, quae in hoc posita est, ut illi rebus in omnibus pareamus, omnesque gratiae motus sequamur.

Quidquid diximus, & deinceps disturi sumus de affectibus generatim, peculiariter immo potiori iure dici potest de passione, quam dominantem vocamus propter imperium, quod in nos, animamque nostram adepta est; ita ut si iuxta Sapientiam quoruncumque consilium passiones alia post alias debellanda sunt, ex illa initium ducendum est, nam ex eius clade de reliquis omnibus victoria dependet; ac alias vincere, uni vero illi parere, idem est ac arboris ramos, frondesque amputare, at intactum relinquere stipitem, radicemque, unde rursus recentes rami, ac frondes germinabunt.

Præcipue vero illud notandum est, quod docent Theologi, Baptismum, licet nos originali culpa liberaverit, quae causa est defectus affectuum nostrorum, non tamen liberat ab appetitu rebellionem contra Deum, & contra rationem, neque a concupiscentia, quae peccati fomes vocatur. Ex isto iudicio, atque admirabili providentia voluit Deus, ut aiant Theologi, defectum hanc in nobis semper subsistere, ut videlicet superbia nostra puniretur, atque fringeretur, necnon ut imbecillitatis, atque indigentiae nostrae consideratio nobis coram eo humilitatis sensus infunderet. Homines ceteros, eandem honore ac dignitate cum lavaverit, quomque munibus, & gratiis suis locupleta verat, atque precium cum nunquam homo

statis intellexisset, atque erga creatorem suum fuisse ingratus, istem privari meruit, ac similem fieri brutis animalibus, cum istem appetitibus, istemque propensionibus se se praeberet obnoxium.

Hæc meridiana luce clarior veritas est, quae Ethnicis ipsis affulsit, passiones, quaecumque illis sint, rationis muneribus maxime officere, atque passim obfiteri, ne ea, quae par est, rerum discretionem utatur in eis, quae ad ipsam pertinent. Ubi fortes sunt, atque vehementes, illam quodammodo invitant trahant; ubi vero lenes, eam illecebris salunt. Nisi statim iudicium subverterint, illud sine ullo poenitentiae sensu relinquunt. Hoc ipsum Ethnorum morum disciplina persequitur.

PARAGRAPHUS VI.

Loci ex Aestheticis, neotericisque Concionatoribus ad hoc Argumentum delicti.

Cum Deus hominem rectum creasset, inquit Scriptura, nullus in eo defectus aderat, perturbatio nulla; obtemperabat rationi appetitus, & ratio Deo; singula ordinem servabant, at originaliter peccatum in totum hominem tumultum injectit, perturbans admirabilem illum consensum, eamque perfectam inferiorum facultatum superioribus subjectionem, quae primum in illo inveniebatur. Nunc mortificationis est omnia in ordinem cogere, & quodammodo in originalis iustitiae felicitatem hominem revocare; ita ut dici queat, mortificationem esse originalis iustitiae supplementum; eaque omnia reparata mala, quae in primo homine peccatum peperit, inferiores facultates superioribus, rationi appetitum, ac Deo rationem submitdendo, atque efficiere, ut agere & cum labore id praestet, quod per iustitiam originalem non solum citra laborem, verum etiam cum voluptate praestabat. Verum mortificatio Christiana in id potissimum debet incumbere, ut affectus subigat, eos vero potissimum, qui magis validi sunt, ac perniciosi; quibus incompotum motum compescat; prohibeat ne rationis lumen, & voluntatis imperium praeventant; eos ad officium revocet, & cubi erraverint, puniat eisdem illa denegans objecta, ad quorum intuitum extra cancellos eruperunt. Dicit quoque potest, praelium contra affectus nostros primam, principemque esse christianae mortificationis exercitacionem; sed opus esse, ut servens, iuge, & consans sit; servens, ne difficultatibus deterreatur; iuge, ne ullum praeterire diem sinat, quin vacet eisdem; ita ut vera Christiani hominis nota ea debeat esse D. Pauli: *Quotidie morior*; denique consans, nam quousque spiritum ducemus, semper in nobis domesticis aderunt inimici, contra quos sit decertandum. Omnis devotio, quae ad hunc scopum minime collimat, inanis est, ac illusio. P. Nepveu in Spiritu Christianismi Trajatu octavo capite primo.

Afirmare possumus, in Evangelio nullius virtutis exercitacionem magis a JESU CHRISTO commendatam fuisse, quam affectuum nostrorum mortificationem, Bona pars Evangelii eo tendit, ut huius necessitatem intelligamus; ac nullam veritatem vel apertius, vel sapius repetitam ibi reperies. Ibi sermo non instituit nisi de cruce, passione, morte, voluntatis abnegatione, odio sui ipsius, violentia, quam sibi quisque inferre debet, angustia via, per quam necessario ad vitam ingrediendum est. . . Dei Filius modo ait, quicumque velit venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me; modo testatur, post Joannis Baptistae predicationem, hoc est, post enunciatam Evangelii doctrinam, Regnum caelorum vim pati, ac a violentis tantummodo rapi; modo viam, quae ducit ad vitam, angulam esse monet, ac paucos illam obtinere; ideoque ut contendant, hortatur, illuc ingressuri. Quid autem per hanc ferendam crucem, sumit ipsis avertendum, angulam viam ingrediendi, ac sibi vim faciendi necessitatem vult Saluator innuere? nisi obligationem, quae tenemur naturalium affectuum nostrorum motus inhibere; cum enim ex corrupto fonte derivent, sepe semper incompotit, perturbantque sunt; ac iuge bellum passionibus nostris indicere, iis vero praestertim, quos magis vividæ sunt,

Affectus rationem turbant, & avertunt vim discernendi.

De affectuum mortificatione.

Quomodo ab effectibus torquetur ille, qui eos sibi patri domini naci.

Hæc affectuum mortificatio etiam ac commendatur in Evangelio.

Affectus modum ignorat.

sunt ac perniciosae, quoniam plerumque nos in vitium propiunt. Idem.

Si mortificatio tranquillæ morbis est pharmacum, est etiam futuris antidotum. Nos, quatenus Adzisti, cum originali peccato quendam in bonum quidem repugnantiam, in malum vero proclivitatem hæreditario veluti iuge obtinimus. Hæc autem in malum propensione minime rapi non possumus, neque illam in bonum renitentiam non ferri, quin iuge bellum nobis affectibusque nostris inferamus. Ac hæc nonne est præcipua Christiani mortificationis exercitatio? Omnes nam sumus superbi, ambitiosi, iracundi, ultionis cupidi, avari, libidinosi; hæc nostra natura est, quam prorsus abicere debemus, si Christiani esse volumus; si ad salutem nostram toto pectore incumbere cupimus. Ad id autem nonne assidue nobis metipsis invigilare; nonne perenne bellum bellare, ideoque in assidue mortificationis exercitacione versari debemus? Idem.

Nisi maturato in hos rebelles auctoritatem acquiramus, nisi vix ori in officio contineantur, illis nunquam dominabimur. Cum ætas diuturna, diuturnique habitus, ac licentia consuetudine roborata illis vires addiderint, nunc insolent, præscriptis iura iactabunt, defectibus suis diuturnitatem tamquam iugem possessionem, atque veteris juris usum venditabunt, & quod initio erat mera tolerantia, postmodum fiet invicta necessitas. Pater le Monno in Trajatu de Modestia.

Isti do nini inter se discrepant, nisi forte in hoc uno consentiant, ut videlicet mancipia sua torquant, ac efficiant infeliciores. Nihil in hoc argumento rectius, & eloquentius dici potest, quam quod Venerabilis Petrus Abbas Cellensis ait: *Impertant ei vicia, non domini, sed tyranni; impertant, sed sine misericordia; mandant, sed sine discretionem; convegnant super uno, sed sine confessione.* Tyranni isti sepe inter se bellum cient; ex gr. voluptatis affectus prodigaliter exquirat, avaritiam paritatem; ambitio sollicitæ, atque summi laboribus, conatibusque ad honores contendit jubet, huic vite, & quietis amor adversatur. Tyranni isti, addit S. Augustinus, inter se de nostri cordis imperio decertant. Certant in seipso, de seipso, cum potissimum esse vident. Nequaquam reor, S. Ambrosius inquit, criminofum hominem quatuor equis in diversa rapatum torqueri magis, quam hæc mancipia, quorum praecordia affectuum adeo oppositorum diffensione laetantur. Ubi libidinis demon animi nostri fuerit dominatus, hanc omni turpitudini subicit, quæ naturam ipsam dedecorat; cogit immensas erogare sumptus, ut impurissimi nisi satisfaciat cupiditate; ac statim demon avaritiae præses excitatur, atque vicium imperitiam contendit; eamque cogitanda, infandaque omnia subire, ut illatam reparare valeat avaritiam; ita ut si peccator ex aliquis passionis carcere evadit, in alterius vincula decidat. Dominum quidem committat, non mutat captivitatem. P. Nepveu in M. d. rationibus.

Qui sæculi vitiiis irretiti sunt, non nisi per affectus suos, qui quidem mendacissima sunt specula, objecta intuentur. Hi vero illis varios colores appingunt, ac speciosos prætextibus convegnant. Ambitiosus se nihil agere nisi magnanimitatis, publicæ utilitatis causa arbitrat; avarus putat turpissimas fordes temperantiae, & moderationis effectus; libidinosus in impurissimis supris nihil iustum, & non necessarium nanciscitur; iracundus omnia esse iustitia, & zelo se metiri fateatur; atque hoc pacto affectus aliam rebus colorem tribunt, prohibentque, ne quales vero sunt, videantur. Desumptum ex libro, cui titulus, *Essais des Sermons*. Omnis affectus nostris hoc inest commune, quod in rebus omnibus modum, finemque non habent. Omnes nostri cordis motus circa determinata objecta versantur; affectus circa excessum dumtaxat, eiusque proprium, atque essentiale est nullis perferibere, atque intra eisdem se continere. Aperiunt, ut illos compescas; desiderium hoc alterum quæ sibi occurrunt furii, & late per omnia, ergo extingui non potest? Haud ita profecto; sed temporis momento affectus in nos nimis validum usurpavit imperium, neque illis obtemperat, qui imperare non norunt. Depromptum ex sermonibus P. Cheminatis.

Quantumvis plura lumina mortalibus assurgant,

ex quo non aliud, nisi affectuum suorum lumen persequuntur, periculum est, ne errant, & in singulos gradus labantur. Amor proprius, qui ubique comes adheret, ubique dubios, fallacisque radios effundit, quorum ducta in singula momenta cessit, atque viarum errore decipitur. Modo se creta vanitate hallucinatur, atque via illa, quam ad magnum aliquid putamus adducere, in ridiculum nescio quid definit. Modo lucri cupiditas nobis aliquid sub eo reddit aspectu, quo illum intueri gaudemus, & injuriam facimus, cum eam nos pati arbitramur. Nonnunquam nos fervor rapit, & in eam præcipites agit calamitatem, quam modica patientia evitasset. Nonnunquam ambitio, quæ brevioris amplecti viam cupit, nos ad agendum impellit, antequam nosmet consuluerimus; eoque nos adducit, quo progrei noiebamus. Sans tractatu de amicitia l. 2.

Ethnici quoque Philosophi unanimi consensu testantur, sapientiam in quadam anime tranquillitate consistere, quæ perstruit, qui sensibilem appetitum omnino compescit. Tunc nulla amplius sunt vehementes passiones, quæ incompotitis moribus, atque intellectui ipsi tenebras offundentibus anime pacem perturbant; passionum quippe hoc proprium est rationem excurrere, ac in nobis liberti arbitrii facultatem imminuere. Sed ubi affectus quiescunt, intellectus quidem purioribus gaudet luminibus, ut bonum cognoscit, voluntas vero, ut illud amplectatur, facultatem habet liberorem. Hæc autem pax, & quies illud est, quod Deus in corde nostro requirit, ut ibi quiescat, ac super nos sapientiam suam, suaque munera effundat; sed ad pacem hanc assequendam, atque hoc tranquillitatis bono fruemdam, unica via est, affectus nostros, incompotitque appetitus mortificare. Pax non nisi bello obtinetur; nisi tecum habere vis bellum tuos affectus coercens, tuis desideris obstitens, ac te ipsum vincens, pacem hanc nunquam assequeris, & nisi de te ipso victoriam retuleris, tibimet nunquam dominaberis. Rodriguez secunda parte tractatu de mortificatione, capite primo.

Cerussime veritatis loco habendum est, appetitus nostri perturbationem, a quæ concupiscentiam carnis nostræ, maximum esse nobis obicem non solum ut salutem assequamur, verum etiam ut in virtutum via progrediamur. Ita vilgo dici solet, carnea insensibilium nobis esse inimicum, inde enim omnes passiones, flagitia, lapsus proficiscuntur. Unde bella & lites in nobis? S. Jacobus interrogat. Nonne hinc? ex concupiscentia vestris, quæ militant in membris vestris? Impudicitia, concupiscentia, amoris proprii perturbatio sunt causa omnium bellorum, quæ intra nos cientur, peccatorumque omnium, & scelerum quæ patramus, ideoque maximum obicem, quem in salutis, & perfectionis via invenire possimus; unde facile argueri possumus, in eo veram mortificationem consistere, si hanc affectuum perturbationem effugiamus, hoc est si in nobis prava virtute, amorique proprii tumultum coercemus. Idem.

Duplex est abstinentia, crucis, mortificationis genus, ex D. Augustini sententia, alterum corporeum, alterum spirituale; alterum affligit corpus, ut jejunium, cilicium, sine molli strato recumbere, aliaque pœæ, quæ carnem mortificant, eique sua auferunt comoda, quam nos mortificationem, vel exteriorem poenitentiam vocamus; alterum vero subtilius est, maiori que pretit, & in eo positum, ut affectibus nostris imperitemus, severam in nos ipsos censuram exercemus, iugiter pravis studiis, quibus rapimus, bellum inferamus, voluntatem nostram abnegemus, proprium iudicium exuamus, iram infringamus, impatentiam, atque animi agitudines coercemus. Itaque ubi affectus nostros subigimus, violenti Regnum Caelorum rapimus; fortes, ac strenui esse oportet, ut illud valida expugnatione capiamus. Hæc autem interioris mortificationis species longe excellentior est altera; magis enim meremur, spiritum subigentes, honorem, ac mundi existimationem succi facientes, quam jejunio corpus atterentes, cilicio, aliaque austeritatum generibus illud castigantes. Ad hæc quemadmodum hæc eadem mortificatio nobilior est, ac majoris meriti, quam altera; longe etiam difficilior est, ac non solum maiori labore comparanda, verum etiam cum longe majori gloria conjuncta. Hinc factum est, ut Joseph majorem coram Deo gloriam fuerit adeptus sibi mer imperitans, & turpissima dominæ blandis illecebris

Affectus nostri nos excurrunt efficant, quæ in malum proboo capiamus.

Affectuum mortificatio ad animam pacem effugiamus, quæ in malum proboo capiamus.

Affectuum mortificatio excelsior est mortificatione corporum per austeritatem.

BIBLIOTECA CENTRAL

cebris resistens, quam mox cum toti Aegypto late...

Passiones humani cordis, ventis mare perflanti-

Taxis eorum confilio, qui parcat effectibus...

Cum Deus hanc nobis vitam elargitus est, hanc etiam laborem infixit...

Quomodo affectus subigendi sint.

In hoc certamen ingrediendum est ardenti cum desiderio...

Si homo mentis suae tantum lumina, rationemque ducem sequeretur...

tem per cor iter insituit, oportet; utque rationem evincat...

Vulgo inquit, per hominis esse abyssum, cuius latebras nemini penetrare licuit...

Na ille quidem male cor humanum intelligit, qui illud affectibus carere contendit...

Nulla passio inveniri potest, quam gratia in virtutem nequeat convertere...

Si affectuum perturbatio cum absoluta potestate conjungitur, eheu quam arduum est illos regere...

Etiamsi solitudo ab iis affectibus, atque habitibus...

Affectus daturus quidquid later in corde.

Gratia sanctificans affectum eorum objectum immutat.

Affectus peccatorum origines sunt mortificandi.

In ipso

bus, qui passim in mundo regnant, hominem tenentur...

Putant vulgo satis esse peccata delere; at ne minimam quidem navant operam...

Affectus a S. Augustino peccatorum fontes vocantur...

Et quod radicatus affectus nostros convellere non studemus...

rum veniam a Deo non petiisti? Numquid non ex toto corde illa detestatus es?

Ex omnibus salutis nostrae inimicis nemo est magis metuendus...

Hoc ipsum de damone dictum puta; phantasia quidem turbare potest...

Ex omnium, quae effluxerunt, saeculorum decursu da mihi hominem...

Complexus suis confidunt elemosynas, precibus, jejuniis, & aliquando Deo dicunt...

Maximam, potissimamque excusationem, quam omnino nesci asserrunt...

Passiones nequiores sunt salutis nostrae inimici.

Ratio servandi gratiam in cordibus nostris est mortificatio affectus nostrorum.

Omni nesci contentandum ac vincendum affectus, si salus optatur.

